



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. CIII. De potestate, & authoritate Definitorum inter religiosos. Et utrùm Superiores illorum opinionem petere, & swqui teneantur. Et utrùm ad antiquos Definitores, an veo ad novos spectet facere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

47 Sed quæres, utrum valeat consuetudo, vel statutum ordinans, quod ij qui non interfunt officio divino percipiant distributiones quotidianas? Respondetur non valere. Probatur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. ibi: Reliqui quavis collatione, aut remissione excludi; & determinavit Sacra Congregatio de remissione harum distributionum loquens apud Garc. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 432. & probatur in cap. unie. de cler. non res. sent. ibi: penitus improbandum. Burat. decis. 193. num. 19. & seg. Barthol. de Episcop. part. 3. alleg. 53. num. 140. & vide Sanch. in consil. moral. lib. 2. cap. 2. verbo 110. & 111. ubi bene explicat utrum valeat consuetudo, quod absentes lucrarentur distributiones: & Paulus Rubens ad decis. 576. num. 159. & 170. a. 1. 2. recit. tom. 3. † Exceptis tamen certis casibus, & ob justam causam, de quibus Moneta de dist. ibi. quotid. part. 2. quaest. 12. num. 42.

CAPUT CIII.

De potestate, & autoritate Definitorum inter religiosos. Vtrum Superiores illorum opinionem petere, & sequi teneantur? Et utrum ad antiquos Definidores, an verò ad novos spectet facere regulamenta, & definitiones generales, totius ordinis statum & vivendi normam concernentes.

SUMMARIVM.

- 1 Definitorum potestas qua fit in religiosis ordinibus: & utrum eorum vota sint consultiva tantum, an verò deliberativa.
- 2 Vota Definitorum sunt deliberativa, si constitutio requirat eorum consilium, & consensum.
- 3 Si solum requiratur consilium Definitorum, licet Superior illud sequi non teneatur; tamen debet illud petere, & expectare.
- 4 Cessante consuetudine, vel constitutione contraria, votum Definitorum debet requiri, & secundum illud fieri.
- 5 Quando consilium alicujus requiritur, qui est socius in officio, non solum exquirendum est, sed etiam sequendum.
- 6 Definidores sunt participes officii cum Superiore ordinis regularis.
- 7 Definitorum potestas regulatur juxta consuetudines, & statuta cujuslibet religionis.
- 8 Definitiones generales bonum, ac statum concernentes facere, spectat ad solos Definidores antiquos religionis, cessante contraria consuetudine.
- 9 Definitiones verò locales, aliasque actus particulares concernentes facere spectat ad novos Definidores, ex constitutionibus religionis, quæ sic debent intelligi.
- 10 Definitionum appellatione continentur regula bonum generale concernentes.
- 11 Quando agitur de revocatione antiquæ observantiae, stricta fieri debet interpretatio.
- 12 In prejudicium jurisdictionis ordinariae, verba non debent sumi in latiori significatione.
- 13 Illa interpretatio in dubio fieri debet, quæ est verisimilior, & ex qua non sequitur absurdum.

Tom. I. Pars I.

Definitorum apud religiosos magna est potestas secundum cujusque ordinis & regulæ approbatas constitutiones, aut consuetudinem concessa. Hi sunt selecti quidam Patres, qui Superioribus assistunt ad decisionem graviorum negotiorum; & in quibusdam religionibus votum habent consultivum duntaxat, quorum opinionem requirere tenetur Superior; sed non sequi: in aliis verò decisivum, seu deliberativum, quorum sententiam exquirere & sequi Superiores omnino tenentur: ut explicat Hieron. Roder. quaest. regul. resol. 51. num. 1. & 2. Mirand. in manual. Pralat. regul. tom. 2. quaest. 17. n. 1. & 2.

Si constitutio dicat procedendum esse cum consilio, & consensu Definitorum, non solum debet Superior exquirere consilium, sed saltem majoris partis Definitorum consensum habere tenetur. Lezan. in summa regul. tom. 4. in verb. littera Apostolica, num. 21.

Si solum requiratur consilium, ad duo tenetur Superior; nempe ad petendum consilium, & ad expectandum ut illud detur: & actus ante datum consilium factus, nullus est. Abbas in cap. ex parte, de consuet. & habetur ex cap. cum in veteri, de elect. Emanuel Roderic. tom. 2. quaest. regul. 103. art. 1.

Sed regulariter cessante constitutione, vel consuetudine religionis contraria, Superior tenetur sequi sententiam majoris partis Definitorum; ex regula generali, † quod quoties quis debet judicare vel actum facere de consilio alicujus, qui sit cum eo participes officii; illius votum non solum requirere, sed etiam sequi, & secundum illud judicare tenetur: ut notat Vant. in tract. de nullis, ex defect. juris dict. ordin. num. 152. versic. & statibus hujusmodi.

Definidores autem sunt officii participes cum Superiore: ergo votum illorum Superior sequi tenetur. Mirand. qui sic arguit dicto tom. 2. quaest. 17. art. 2. in 4. conclus. versic. & praterea. Plura de consilio exigendo, tradit Tusch. in verb. Consilium, conclus. 769. per totam.

Licet igitur variae sint constitutiones in diversis 7 ordinibus regularibus, juxta cujuslibet ordinis consuetudinem: ut dicit Emanuel Rodericus tom. 2. quaest. regul. 45. art. 1. Tamen ex his quæ in facto supponebantur Respondi, † ad solos Definidores antiquos spectare munus definitiones, & decisiones faciendi, bonum publicum totius ordinis concernentes; quæ pro regula & modo vivendi in futurum observari deberent. † Reliqua verò acta capituli, 2 quæ vel particulare certorum locorum bonum, vel nonnullorum particularium negotia concernunt, ad novos Definidores pertinere debere: cum enim tam ex consuetudine, quam ex summi Pontificis constitutione consuetudinem illam confirmante, ad Definitoris Generalis electionem, necnon ad quascumque ordinationes, definitiones, ac declarationes in primis & ante omnia procedendum esset: certum est, quod definitiones generales fieri debent per antiquos Definidores, quorum potestas, dum ea fiunt, adhuc durat: at verò jus faciendi alia acta Capituli, veluti acceptiones conventuum, impositiones poenitentiarum, receptionem novitiorum, ex statuto, seu constitutione, & alia hujusmodi, quæ generale bonum minime concernunt; ad ipsos quoque Definidores novos pertinere. Cui juri & facultati nullo modo fuit derogatum per constitutiones Capituli generalis; quæ definitiones, seu decisiones, ante electiones quascumque, ab antiquo Definitore fieri mandarunt. † 10 Quia definitionum, aut decisionum appellationes, solum ea continentur, quæ regulam aliquam in futurum

futurum observandam continent; ac veluti certum canonem vivendi normam concernentem; ut habetur in Lexico juris, in verb. definitio sumitur, & tradunt Addent. ad Dec. in l. omnis definitio 203. ff. de reg. jur. Ergo alia acta capitularia quæ non respiciunt generalem vivendi regulam, ac normam, non sunt talia, ut definitionis appellatione contineri queant; non censetur itaque per novam constitutionem derogatum antiquæ novorum Definitorum potestati. † Quia cum agatur de antiquæ consuetudinis & observantia revocatione, non est recedendum à proprietate verborum: sed stricta fieri debet interpretatio. † Præsertim cum agatur de favorabili, & ordinaria potestate Definitorum novis de jure, & consuetudine competenti. Tusch. lit. V. conclus. 91. num. 1. Barbof. axiomat. 2.22. num. 4.

13 Addatur quod non est verisimile, Definitoribus antiquis Vicarii generalis absoluti visitatorum, vel ipsorummet Definitorum correctionem, & coactionem in casu delicti fuisse attributam; quam tamen haberent: & sic vel in propria causa jus dicerent, vel in causa suorum in officio sociorum, erga quos plus debito indulgentes esse possent: Ideo ad hoc evitandum, verisimilius est potestatem illis datam ad sola negotia tangentia Definitorum Generales restringi debere: cum ea verborum fieri debeat interpretatio, quæ magis ad id quod verisimile est accedit. Surd. consil. 43. num. 24. cum similib. & omnis interpretatio fieri debeat, ut non sequatur absurdum, vel inconveniens. Mantie. de tacit. convent. lib. 2. tit. 13. num. 1. & alibi passim.

Unde conclusum fuit, & (ut audio) observatum, antiquis Definitoribus solum jus competere, definitiones & decreta generalia, non autem localia, nec particularia, aliæque acta capitularia similia faciendi.



CAPUT CIV.

De jure dicimandi prætenso per Ecclesiasticos in aliena parochia. Quid debeat probari per prætendentem tale jus. Quomodo probetur possessio immemorialis, & ex quibus talis probatio elidatur. Dandum esse potius mandatum de manutenendo Parocho in paritate probationum. Et quis fovcat meliora jura in petitorio.

SUMMARIUM.

- 1 Parochus primitivus habet suam intentionem fundatam in toto territorio, pro exactione decimarum, & num. 3.
- 2 Quod ampliatur ut procedat in eo, qui per Vicarium curam exercet animarum: quia hac in re, Vicarius nihil prætenere potest, sed sua congrua contentus esse debet.
- 3 Prætendens decimas exigere in aliena parochia, habet contra se juris presumptionem.
- 4 Titulus vel immemorialis possessio probari debet ab eo, qui decimas vult petere in aliena parochia.
- 5 Sola juris assistentia non sufficit ut Parocho detur manutentio in exactione decimarum in sua parochia.
- 6 Prætendens decimas in aliena parochia non debet

vincere in possessorio, nisi etiam titulum producat, cum immemoriali possessione.

- 8 Quando data fuit dilatio ad probandum, & probatum habendum, testes producti in termino non possunt examinari extra terminum.
- 9 In dubio prævalere debent in materia decimarum testes pro Parocho, qui habent pro se juris assistentiam.
- 10 Quando probatio possessionis est turbida, ad petitorium deveniendum est.
- 11 Actus violenti non debent haberi in consideratione in possessorio.
- 12 Quæ probanda sint ad hoc, ut sufficienter dicatur constare de immemoriali.
- 13 Ut excludatur probatio possessionis immemorialis, sufficit quod adsit aliqua probatio in contrarium: imò sufficit quod constet de contrario ratione, vel tumultu.

Parocho non solum dandum esse mandatum de manutenendo, adversus Capitulum alterius Ecclesiæ, non obstante ejus prætensione, quæ fundam esse videtur in possessione, & præscriptione juris dicimandi: verum etiam Parochum in petitorio definitivè à Capituli prætensionibus absolviendum esse. Dixi. † Quia Parochus primitivus habet suam intentionem fundatam pro exactione decimarum in toto suæ parochiæ territorio: & per consequens illa portione, de qua contendebatur: cap. cum contingat, cap. cum in tua, de decim. Ludovici. decis. 449. Novar. lib. 1. quest. forens. cap. 21. † Quod non solum procedit in eo, qui curam animarum exerceat, sed etiam in eo, qui ipsam habet habitum; nempe: serviendo per Vicarium: quia Vicarius nihil prætenere potest circa decimas; sed sola sua congrua portione debet esse contentus. Ludovici. decis. 174. num. 4. & 8. † Unde solus Parochus habet pro decimis exactione juris assistentiam, intra limites suæ parochiæ: dicto cap. cum contingat, & dicto cap. cum in tua, Seraph. decis. 802. num. 2. † Et è converso, adversus Capitulum prætendens decimas in aliena Parochia, adeit juris resistencia. Postius de manut. observ. 44. c. 7.

Ad hoc ut Capitulum obtinere possit adversus Parochum, docere debebat de titulo, vel immemoriali possessione: quod tamen non fecit. Testis dicta observ. 44. n. 47. & 48. & post ejusmodi Rota decis. 187. n. 7. Marfco. lib. 1. c. 1. § 1. n. 34. num. 38. 39. & 40. Menoch. consil. 36. num. 34.

Et licet dubitari posset, utrum Parocho ex sola juris communis assistentia, dandum esset mandatum de manutenendo, ex traditis per Ric. c. 1. n. 1. Post. observ. 45. num. 42. & 43. & seq. tamen cum antiqua Parochi possessio, per plures testes deponentes fuerat sufficienter probata: & sic poterat Capitulum alterius Ecclesiæ prætensionem manutentionem, quamvis crederet se possessionem suam per testes comprobasse: quia, ut mox dictum est, † ultra possessionem, debebat probare titulum vel docere de immemoriali possessione. Postius citat. & observ. 44. num. 19. ubi dicit interim dari manutentionem Parocho, donec constet de immemoriali, vel de præscriptione per tres firmos conformes. Rot. decis. superius allegata. Giovinetti consil. 38. num. 32. & 33. lib. 2.

Neque testes examinati adversus Parochum nocere poterant illius intentioni, quia omnia illa oppositio, quæ dabatur adversus illorum examinationem, quæ dabatur adversus illorum examinationem, † nempe quod licet producti fuissent in termino, tamen fuerant examinati post terminum, & probatio Capitulo assignata ad probandum, & probatio